

adesse quoque substantiam N. fide carens Con. unde sensus non decipitur, cuius objecta sunt accidentia, quæ reverâ adsunt, prout sensum immutant, dicuntur autem sensus falli occasionaliter, si videlicet intellectus fide non illustratus judicet occasione accidentium per sensus perceptorum. Hinc S. Th. in 4. Dist. 12. Q. 1. a. 1. Qla 2. ad 2. De substantia rei iudicare non pertinet ad sensum sed ad intellectum, cuius objectum est, quod quid est, ut dicitur in 3. de anima, Et ideo non accedit ibi aliqua deceptione, quia accidentia sunt ibi, de quibus sensus iudicatur. sed de substantia verum iudicium habet intellectus fide adjutus: nec est inconveniens, quod intellectus absque fide erret in hoc Sacramento: sicut Et in aliis, quæ sunt fidei.

DISPUTATIO XXIII.

De modo, quo Christus est in Eucharistia.

EX dictis refutatus manet hæretorum ubiquitatum error, qui corpus Christi volunt esse ubique, consequenter in Sacramento Eucharistia esse per ubiquitatem: licet enim Christus quia Deus sit ubique, quatenus tamen homo non est ubique, ut probant expressa Scripturæ verba Joan. 6. Cum via esset turba, quod Jesus non esset ibi, Joan. 11. v. 15. Non eram ibi, Joan. 16. v. 28. Relinquo mundum, Et vado ad Patrem, Mar. 16. Surrexit non est hic. Et hic error totaliter evertit hoc Sacramentum: quia omnia Sacraenta novæ Legis pendunt ab institutione Christi, at positâ ubiquitate corporis Christi ejus corpus in pane esset ante consecrationem, imò ante institutionem Eucharistiae: siquidem illam ubiquitatem haberet Christus vi-

unionis hypostaticæ. Supposito igitur Christum esse præsentem vi actionis conversivæ panis & vini in Corpus & Sanguinem Christi sit.

QUÆSTIO I.

Quid ponatur vi verborum & quid per concomitantiam?

Certum est, quod totus & integer Christus vi naturalis connexionis & concomitantia, quâ partes Christi Domini, qui jam ex mortuis resurrexit, & non amplius est moriturus, inter se copulantur, existat sub qualibet specie: ita enim definiuit Trid. sess. 13. cap. 3. *Verissimum est, tantum sub alterutra specie, atque sub utraque contineri, totus enim & integer Christus sub panis specie & sub quavis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie, & ejus partibus existit;* Ex quo sequitur: quod totus Christus non tantum sub quavis minima parte, quamvis illa post separationem non esset sensibilis, sed etiam sub indivisibilibus tam terminativis quam continuativis in supposito, quod illa dentur, existat: quia tota hostia constat illis omnibus vel ut componentibus, vel ut unientibus, & substantia panis & vini sub iis omnibus existebat ante consecrationem; cum igitur totus Christus sit sub tota hostia non minus, quam prius substantia panis, sequitur certò, quod totus sit etiam sub omnibus particulis minimis & indivisibilibus, sed cum aliqua, ex quibus Christus componitur, possint esse præsentia in hoc Sacramento vi practicæ significationis ipsius formæ consecrationis, aliqua verò contineri in hoc Sacramento propter conjunctionem cum partibus vi verborum significatis; quæritur: quænam vi verborum formaliter & quæ-

nam

10 XXIII.
posito igitur Christum
oversus panis & vini
fitur.

I
quid per eon-

ger Christus vi-
omitantia, quâ
mortuis resur-
rit, inter se co-
mitantia enim de-
num est, tan-
nusque conti-
ub panis specie
item sub vini
quo sequitur:
quavis minima

onem non esse
libus tam termi-
posito, quod illa
a constat illis om-
niut unientibus, &
omnibus existet
ut totus Christus
pam prius sublin-
d totus sit eriam lib
indivisibilibus, sed
componitur, punit
ento vi practice fig-
onsecrationis, aliqua
mento proper conju-
verborum significatis;
um formaliter & qua-

De MODO, QUO CHRISTUS EST IN EUCHAR. 441
nam propter conjunctionem & concomitantiam in
hoc Sacramento continentur.

DICO Sub speciebus panis est corpus Christi
ex vi Sacramenti, sanguis autem ex reali concomi-
tantia... sub speciebus verò vini est sanguis Christi
ex vi Sacramenti, corpus autem Christi ex reali con-
comitantia sicut anima & divinitas. S. Th. hic Q.
76, 2. 2. O.

Explicatur & probatur prima Pars: Quod sub
utraque specie corpus & sanguis sit praesens vi ver-
borum: illud ponitur vi Sacramenti vel vi verbo-
rum, quod significatur per verba, & quo posito
veritas formæ subsistit; atqui verba consecrationis,
quaes proferuntur super panem significant hanc sub-
stantiam esse corpus Christi, & forma calicis sig-
nificat, hanc substantiam esse sanguinem Christi;
Ergo ex vi verborum solum sub speciebus panis
corpus, & sub speciebus vini solus Christi sanguis
continetur.

Secunda Pars: Quod sub utraque specie conco-
mitanter praesens sit corpus & sanguis, anima & di-
vinitas definita est à Con. Trident. fesl. 15. de Euch.
cap. 3. his verbis: Semper haec fides in Ecclesia Dei
fuit, statim post consecrationem verum Domini nostri
corpus, verumque ejus sanguinem sub panis & vini
specie una cum ipsius anima & divinitate existere, sed
corpus quidem sub specie panis & sanguinem sub vini
specie ex vi verborum: ipsum autem corpus sub specie
vini & sanguinem sub specie panis animamque sub
utraque vi naturalis illius connexionis & concomi-
tantia, quâ partes Christi Domini, qui jam ex mortuis
resurrexit, non amplius moriturus, inter se copu-
lantur: divinitatem porro propter admirabilem illam
eum corpore & anima unionem. Ex quibus haec for-
matur ratio: illud concomitanter est in hoc Sacra-

mento, quod verbis quidem non exprimitur, illi tamen, quod exprimitur, ita conjungitur, ut sine illo id, quod exprimitur, esse nequeat; at qui corpus & sanguis Christi, quæ per verba exprimuntur, non possunt esse sine animâ; quia corpus Christi exsanguine non est, sed vivum & animatum, ergo licet anima per verba consecrationis non exprimatur, continetur tamen in Eucharistia concomitantem, item corpus & anima Christi non possunt esse sine divinitate & personalitate verbi, cui per unionem hypostaticam unita sunt, ergo licet divinitas & personalitas verbi ipsaque hypostatica unio per verba consecrationis non exprimatur, per concomitantiam tamen est præsens. Et eadem est ratio de omnibus partibus ad integratem naturæ humanae pertinentibus.

Obj. I. Per verba consecrationis exprimitur forma corporis & sanguinis Christi; exprimendo enim compositum, exprimo etiam formam compositi: v. g. exprimendo hominem, exprimo formam hominis, animam rationalem; at qui forma corporis & sanguinis est anima rationalis juxta principia Thomistica in physica, ubi rejiciuntur formæ partiales & forma corporeitatis; ergo vi verborum ponitur anima rationalis.

R₂. Argumentum non plus probare, quam quod vi verborum ponatur anima, quatenus dat gradum corporis: quia per corpus, quod vi verborum continetur, non potest intelligi sola materia prima, sed materia ut informata per formam corporis, quæ de facto est anima Christi dans gradum corporis. *Dico: de facto*, quia in triduo mortis, quando corpus Christi erat sub forma cadaveris, si tunc fuisset consecrata Eucharistia, neque vi verborum, neque per concomitantiam anima Christi fuisset

ponen-

en non exprimitur, illa
i conjungitur, ut sine
nequeat; atque corpus
exprimitur, non
pus Christi exsan-
tatum, ergo licet
non exprimitur,
concomitanter,
possunt esse sine
ut per unionem
Divinitas & per-
sonio per verba
et concomitan-
tia est ratio de-
aturae humanae

exprimitur for-
tumendo enim
nam compositi:
timi forma ho-
qui forma corpo-
ris juxta principia
hontur forma par-
go vi verborum po-

probare, quamquid
quatenus dat gradum
od vi verborum con-
solata materia pma,
formam corporis
dans gradum corporis
iduo moris, quando
ma cadaveris, si tunc
a, neque vi verborum,
in anima Christi fuisset
poner-

DE MODO, QUO CHRISTUS EST IN EUCHAR. 443
ponenda, uti neque sanguis sub speciebus panis, ne-
que corpus sub speciebus vini fuisset concomitan-
ter præsens; quia tunc corpus Christi non receperisset
ab anima actum & gradum corporis, neque fuisset
connexio & concomitantia inter corpus & sanguinem Christi.

Obj. 2. In Sacramento Eucharistiae vi verborum
ponitur corpus Christi quatenus tale: id enim sig-
nificatur per hanc formam: *Hoc est Corpus meum,*
quæ verba minister consecratus profert in persona
Christi; atque corpus Christi quæ tale habet perso-
nalitatem verbi; ergo ipsa personalitas verbi &
consequenter divinitas ponitur vi verborum.

R. Per verba illa *Hoc est Corpus meum* significa-
tur corpus Christi non quæ tale, sed quod est termi-
natum personalitate verbi, & consequenter perso-
nalitas non formaliter sed connotative significatur.

Q. 1. An & quæ accidentia sint concomitanter
cum corpore Christi?

R. Omnes perfectiones accidentales Christi à
loco independentes concomitanter sunt in Eucha-
ristia, *Ratio est*: quia illa accidentia, ut qualitas,
figura, organizatio accidentalis habent naturalem
connexionem cum corpore Christi; alia verò de-
pendentia à loco videlicet extensio localis, & quæ
extensionem localem consequuntur, ut situs, ubi
prædicamentale &c. in Eucharistia non inveniuntur:
quia Christus est in hoc Sacramento modo indivisi-
bili, & incircumscripivo.

Obj. 1. Vi verborum ponitur **corpus Christi**
organizatum; atqui non est organizatum sine acci-
dentibus; ergo vi verborum ponuntur ipsa acci-
dentia.

R. Vi verborum ponitur **corpus Christi** substau-
tialiter & radicaliter organizatum **Con.**, accidenta-
liti organizatum **N.**

E e 5

Obj.

Obj. 2. Vi verborum ponitur corpus Christi cum omnibus suis partibus integralibus; ergo una cum corpore directe ponitur principium distinctionis & divisionis, quod est quantitas.

R₂. Vi verborum non poni partes in ratione partium sed in ratione substantiae: transubstantiatio enim est conversio transubstantialis, vi cuius ponitur quidem totum illud, quod ad substantiam corporis pertinet; videlicet: ossa, nervi, carnes &c. sive illis separatis maneret revera corporis essentialiter humanum sive non, ponitur enim corpus perfecte integrum, attamen id quod accidentale in rationem partis tribuit videlicet quantitas non adest nisi concomitanter, quia est proprietas conjuncta corpori.

Q. 2. An personae alienae sanctissimae Trinitatis in hoc Sacramento sint praesentes concomitanter?

R₂. Persona Patris & Spiritus sancti non sunt in hoc Sacramento de rigore per concomitantiam. *Ratio est:* quia concomitanter poni in hoc Sacramento illud dicitur, quod per physicam vel hypostaticam unionem saltem mediante conjugitur cum corpore & sanguine Christi; atque haec divinae personae non uniuntur etiam mediante unione hypostatica corpori & sanguini Christi; ergo non continentur per concomitantiam de rigore; *quod addo:* quia tota sanctissima Trinitas speciali quadam ratione, tametsi non sacramentali, est in hoc Sacramento praesens; Persona enim Patris & Spiritus sancti in hoc Sacramento non tantum sunt ratione immensitatis, quatenus una cum verbo divino operantur omnes miraculosos effectus hujus Sacramenti, sed etiam quatenus intrinsecè uniuntur personæ verbi per unitatem & identitatem essentiæ, quæ à Theologis circuminseffio appellatur, quâ sit ut si

per

De modo, quo Christus est in Euchar. 445
per impossibile personæ Patris & Spiritus sancti per
essentiam non forent ubique, specialiter tamen es-
sent præsentes in hoc Sacramento propter intimam
& mutuam divinatum personarum in seipsis exi-
stentiam.

Q U A E S T I O I I .

*An Corpus Christi in Eucharistia habeat quan-
titatem & possit videri?*

Suppono 1. Ex Philosophia Thomistica quan-
titatem esse accidens realiter substantiæ super-
additum, quia ab ea realiter est separabile, ut con-
stat ex hoc mysterio, in quo transubstantiatur pa-
nis & vinum manente quantitate, quæ, ut dicetur in
sequentibus, sine subjecto, cui inhæreat, mirabiliter
conservatur.

Suppono 2. Effectus formales quantitatis nu-
merantur quinque: extensio partium in ordine ad
se, extensio in ordine ad locum, impenetrabili-
bus, divisibilitas, mensurabilitas, inter quos pri-
marius, in quem velut radicem omnes alii redu-
cuntur, est extensio in ordine ad se, ut latius in
Philosophia ostenditur. His suppositis

DICO 1. *Ex vi realis concomitantia est in hoc
Sacramento tota quantitas dimensiva corporis Chri-
sti.* S. Th. hic Q. 76. a. 4. O.

Conclusio contra Durandum, qui existimat, quod
primarius quantitatis effectus sit impenetrabilitas,
& extensio localis, idèò non esse quantitatem cor-
poris Christi in Eucharistia; & contrà nominales
qui quantitatem non distinguunt realiter à substanc-
tia, sed volunt, quod ea substantiæ superaddat tan-
tum porrectionem ejus per locum. **Probatur:** Si
non adest quantitas in corpore Christi in Eu-
charistia,

charistia , nulla esset in eo partium organica-
rum distinctio : nam ad hanc diversitatem ne-
cessaria est quantitas ; sed absurdum est facere cor-
pus Christi , ut est in Eucharistia , monstrosum &
inorganizatum , imò repugnat verbis illis : *Caro
mea verè est cibus* , Joan. 6. *Hoc est corpus meum*,
(utique organizatum) *quod pro vobis tradetur* , 1.
Cor. 11. & Luc. 22. ; ergo necessaria est quanti-
tas in corpore Christi , ut ei primarium suum ef-
fectum nimirum extensionem in ordine ad seip-
sum conferat , & sic organicam distantiam inter
membra Christi constituat ; ità ut inter caput &
pectus , collum intercedat , non autem necessaria
est eadem quantitas , ut effectum secundarium :
nempè extensionem in ordine ad locum : eidem
corpori tribuat : hæc enim extensio repugnat exi-
stentiæ corporis Christi sacramentali , qua est totus
in toto & totus in singulis partibus. Unde & fi-
guratum est corpus Christi in Eucharistia : quia
habet quantitatem terminatam in se licet non situa-
lem , ut S. Th. in 4. Dist. 10. a. 2. in fine ait:
*Quamvis Corpus Christi prout est sub Sacramento
habeat partes distinctas & situatas sicut naturali non
est tamen assignare in partibus dimensionum panis*,
ubi singula partes corporis Christi jaceant : Nec ta-
men sequitur , quod dicamus corpus Christi confu-
sum : quia ordinem habent partes inter se ; licet se-
cundùm ordinem illum non comparentur ad dimensio-
nes exteriores. Eadem Dist. a. 3. Qlā 3. ad 2. Ob-
jectionem : quod non esset distinctio in corpore
Christi , si totum esset sub qualibet parte hostiæ res-
pondet : Quod confusio opponitur ordini partium , qui
pertinet ad rationem situs : & quia corpus Christi non
est situatiter sub Sacramento : ideo non sequitur ibi
aliqua confusio partium ex hoc , quod in quolibet sig-

nato

DE N
nato ho
ejus : q
corporis
hostia :
ad inv
quantit
est resp
DIC
potest vi
Q. 76.
Prob
Christi
qui tale
corpor
Eucha
stat pe
dum ,
scindit
spectat
potest ,
liter :
existen
corpor
a. 7. a
sti vid
quod
existit
sus vi
quent
tioso
cit , ac
glorio
licet g
das à
specie

XXIII.
varium organica:
diversitatem ne-
m est facere cor-
monstratum &
vis illis: Caro
corpus meum,
tradetur, i.
est quanti-
m suum ef-
ne ad seip-
ntiam inter
er caput &
necessaria
undarium :
um: eidem
pugnat exigu-
ua est totus
Unde & fi-
stia : quia
et non finia.
2, in fine ait;
ib Sacramenti
in naturali
enfionum panis,
ceant : Nec in-
us Christi con-
inter se; licet
entur ad dimic-
Qlā 3, ad 2. Ob-
iectio in corpore
et parte hostie ref-
ordini parum, quis
a corpore Christi non
debet non separari ibi
quod in qualibet sig-

DE MODO, QUO CHRISTUS EST IN EUCHAR. 447
nate hostia est totum corpus Christi & qualibet pars
ejus: quamvis enim non sit accipere ordinem partium
corporis Christi secundum comparationem ad partes
hostiae: tamen est accipere ordinem ipsarum partium
ad invicem in corpore Christi secundum propriam
quantitatem. Ita S. D. ex quibus ad opposita facilis
est responsio.

DICO 2. A nullo oculo corporali corpus Christi
potest videri, prout est in hoc Sacramento. S. Th. hic
Q. 76. a. 7. O.

Probatur: Non potest oculo corporali corpus
Christi videri, nisi species emittat per medium; at-
qui tales species Christus in Eucharistia ad oculum
corporeum emittere non potest: cum non existat in
Eucharistia modo extenso & quantitativo, sed exi-
stat per modum substantiae, hoc est secundum mo-
dum, qui substantiae per se convenit, prout præ-
scindit ab accidentibus; ergo sicut substantia taliter
spectata ab oculo corporeo naturaliter videri non
potest, ita neque corpus Christi. *Dixi: Naturaliter*: quia per absolutam Dei potentiam Christum
existentem sub speciebus Eucharisticis posse oculo
corporeo videri colligitur ex S. Thom. hic Q. 76.
a. 7. ad 2. *Dicendum, quod oculus corporalis Chri-*
sti videt seipsum sub Sacramento existentem: id est;
quod feratur in corpus suum, quod in Sacramento
existit; ergo ex mente S. Th. aliquis oculus glorio-
sus videt corpus Christi in Eucharistia & conse-
quenter idem non implicat in alio quocunque glo-
rioso oculo divinitus adjuto. Nec obstat, quod loc.
cit, addat S. D. non tamen est simile in alio oculo
glorioso, quia hoc additur ideo, quod aliis oculis
licet gloriatus non sit aptus ad naturaliter recipien-
das a corpore Christi in hoc Sacramento existente
species: cum objectum non nisi per species receptas

ab

ab oculo videri possit, quales species corpus Christi in Eucharistia non emittit; oculus autem gloriosus Christi existentis in Eucharistia connaturaliter speciem sui corporis recipit, eò, quod ad modum sui corporis, id est, modo indivisibili & inextenso ibidem existat. Hanc mentem S. Th. esse, patet ex eo, quod dicit in 4. Dist 11. Q. 1. a. 4. Qlā 1. ad 1. *Si oculus Christi ex ira species Sacramenti existeret, non videt substantiam suam (scilicet accidentibus affectam) infra species contentam ex natura gloriae, nisi miraculosè , & ideo non oportet, quod oculus glorificatus videat, intra species, nisi forte per miraculum.*

Ratio est : Quia corpus Christi in hoc Sacramento existens est intra latitudinem objecti specificati vi potentiae visivæ scilicet colorati & lucidi; ergo non implicat corpus illud videri ab oculo corporeo gloriose; licet enim objectum illud pro hoc statu sit improportionatum oculo utpote localiter inextensem, per lumen tamen supernaturale potest reddi aptus oculus ad videndum illud & sic vinci illa proportio, sicut per lumen gloriae intellectus redditur aptus ad videndum Deum clare, licet à nullo intellectu creato aut creabili sinè tali lumine videri possit.

Obj. 1. Ad videndum aliquod objectum præter lumen requiritur species; atqui has corpus Christi in Eucharistia existens non potest immittere oculo etiam gloriose.

R₂. Vel Deum posse producere tales speciem corporis Christi in oculo videntis, vel ipsum corpus Christi tales spem per operationem supernaturalem posse emittere.

Obj. 2. Corpus Christi in Eucharistia existens est extra objectum adæquatum potentiae visivæ,

quia

De M
quia obj
tentia v
charistia
do quan
stantia.

R. C
enim no
tativo &
extensi
se perm
non vide
Deus oc
potest, ve
currente

Q. A
alterati

R. I.
intelle&
tes ab or

2. C
potest re
cio est ad
tensum
sum; a
nodo e
iones c
sum san
talem
corpor
sum qu
tubus,
culum
Christi,
repræsen

3. Q

De Modo quo Christus est in Euchar. 44
quia objectum visus est objectum sensibile: cum potentia visiva sit sensus, corpus autem Christi in Eucharistia non est sensibile, ut pote non existens modo quantitativo, sed indivisibiliter per inodum substantiae.

R. Corpus Christi absolute esse sensibile, licet enim non existat in hoc Sacramento modo quantitativo & extenso in ordine ad locum retinet tamen extensionem in ordine ad se & per consequens in se permanet sensibile & visibile, licet naturaliter non videatur, eò quod speciem non emittat, quam Deus oculo corporeo accommodatam producere potest, vel ipsum corpus Deo supernaturaliter concurrente emittere ad oculum potest.

Q. An corpus Christi in Eucharistia possit agere, alterari & pati?

R. 1. Christus in Eucharistia potest elicere actus intellectus & voluntatis non necessariò dependentes ab organis corporeis & actionibus materialibus.

2. Corpus Christi in Eucharistia existens non potest recipere aliquam alterationem, quia alteratio est actio materialis per se requirens patiens extensem simulque requirens contactum illius physicum; atqui corpus Christi in Eucharistia non est modo extenso nec tangi potest, ideoque illæ locutiones quibus dicitur corpus Christi frangi, dividi, cum sanguine insciri utpote alterativam & materialē actionem significantes sunt figuratae & de corpore Christi non dicuntur, nisi ratione specimen quæ tanguntur, franguntur &c. liquor etiam tubeus, qui aliquando in historiis legitur per miraculum ex sacra hostia effluxisse, non fuit sanguis Christi, sed merus liquor divinitus productus ad representandum sanguinem Christi.

3. Quamvis corpus Christi ut in Eucharistia existens

stens non potuerit pati ab aliquo agente extrinseco, potuit tamen dolere & mori, si quo casu particula consecrata usque ad tempus mortis & passionis Christi fuisset reservata, quia illa conveniunt corpori Christi in Sacramento, quæ illi conveniunt secundum quod in se est; sed sic convenit vivere, mori, dolere &c. illa autem non conveniunt corpori Christi in Sacramento, quæ ipsi conveniunt per comparationem ad agens extrinsecum: ut irrideri, conspui, flagellari &c.

QUÆSTIO III.

De modo effendi & desinendi.

DICO I. *Nullo modo corpus Christi est in hoc Sacramento localiter.* S. Th. hic Q. 76. a. 5. in O.

Probatur ex S. Th. corpus Christi non est in hoc Sacramento sicut in loco, sed per modum substantiæ, eo neimpè modo, quo substantia continetur à dimensionibus, succedit enim substantia corporis Christi in hoc Sacramento substantiæ panis, undè sicut substantia panis non erat sub suis dimensionibus localiter, sed per modum substantiæ, ita nec substantia corporis Christi.

Adverte: quod dupliciter res aliqua possit esse in loco primo circumscriptivè, secundo definitivè, circumscriptivè est aliquid in loco, quando totum locatum correspondet toti loco & quælibet pars locati parti loci, & taliter Christus non est in Eucharistia: quia, ut dixi, est totus in tota hostia & totus in qualibet parte hostiæ; Definitivè est aliquid in loco, quando illud intrà sphæram determinati spatii concluditur, sic Angelus licet sit totus in toto & totus in qualibet parte loci, concluditur tamen intrà certum

De M
certum
quatum
nec ani
mare,
sens Chi
hostia c
mis host
fentia ei
tiā local
cramenti
corpori
videtur i
& speci
que co
Christi
subjecte
additu
sequent
in physi
tis requi
unio hy
argume
vuntur
unionis
DIC
mento,
bus cess
hic Q. 7
Prob
tionis r
sanguis
nis man
cies, ne
do cont
tius natu
Pars

o XXIII.
uo gente extrinseco,
i quo calu pannula
ottis & palloris
conveniunt cor-
illi convenient
onveniunt vivere,
enient corpori
nveniunt per
; ut intideri,

L.

est in hoc Sa-
Q. 76. a. 5.

i non est in
modum sub-
stantia contine-
Substantia cor-
stantia panis,
sub suis dimen-
Substantia, ita

aliqua possit sic
undo definire,
o, quando tota
equalibet panis.
ion est in Euhar-
ta hostia & vini in
vè est aliquid in lo-
i determinati spati
ctoras in toto & to-
cludunt tamen intra
certum

De MODO QUO CHRISTUS EST IN EUCHAR. 451
certum spatum, quia Angelus non potest adæ-
quatum spatum connaturalis loci transilire, uti
nec anima rationalis plura corpora discreta infor-
mare, & tali modo definitivè etiam non est præ-
sens Christus in Eucharistia: quia Christus in nulla
hostia coartatur, sed in innumeris à se remotissi-
mis hostiis invenitur præsens, Christi igitur præ-
sentia est realis quidem, eminentior tamen præsen-
tiā locali & definitivā à Theologis vocari solita sa-
cramentalis, verum, an illa præsentia sit modus
corpori Christi & speciebus superadditus dubitatur;
videtur respondendum: esse solum corpus Christi
& species quatenus se mutuo connotant, actionem-
que conversivam & conservativam tuin corporis
Christi sub speciebus panis, tum specierum sine
subjecto: quia per hæc sola sine ullo modo super-
addito unio corporis Christi cum speciebus & con-
sequenter ipsius præsentia sufficienter salvatur, sicut
in physica unio materiæ & formæ connotatis cer-
tis requisitis & inter natutam humanam & divinam
unio hypostatica sine modo superaddito salvatur,
argumenta vero modum distinctum probantia sol-
vuntur, ut in physica ea, quæ pro distincto modo
unionis substantialis adduci solent.

DICO 2. *Corpus Christi remanet in hoc Sacra-
mento, quousque species sacramentales manent qui-
bus cessantibus definit esse corpus Christi sub eis. S. Th.
hic Q. 76. a. 6. ad 3.*

Probatur: Quamdiu veritas verborum consecra-
tionis moraliter manet, tamdiu manet corpus &
sanguis Christi; sed veritas verborum consecratio-
nis manet tamdiu moraliter, quamdiu manent spe-
cies, nempè in illo temperamento, in quo aliquan-
do continebant substantiam panis & vini, & ulte-
rius naturaliter continere poterant; Cujus ulterior

Pars III. Theol. Schol.

F f ratio

ratio est: quia verba consecrationis significant, hoc contentum sub speciebus panis & vini esse corpus & sanguinem Christi; hæc autem veritas tamdiu moraliter manet, quamdiu species servant illud temperamentum, ratione cuius verè esse posunt species panis & vini. Unde sequitur per solam mixtionem liquoris non consecrati cum speciebus consecratis non desinere sub speciebus vini esse sanguinem Christi, quia vi solius mixtionis non ita imminutantur accidentia vini, ut sub illis naturaliter consistere non possit substantia vini; aliter est dicendum, si species vini alteri alterius speciei li- quori misceantur, qui dividendo species illas cor- rumpat.

Quæres: Quando species miraculosè mutantur: ut si appareat forma carnis & sanguinis vel pueruli &c. an adhuc maneat præsens corpus & sanguis Christi?

R₂. Distinguendo: Vel apparitio fit uni tantum & ad exiguum tempus, & tunc tantum est mutatio ex parte oculi, & non ex parte specierum, & con- sequenter manente temperamento specierum ma- net Christus præsens; vel fit illa apparitio omni- bus & permanenter, & tunc si tanta sit mutatio spe- cierum, ut non maneat dimensio & temperamen- tum idoneum ad conservandam substantiam panis, si adhuc esset præsens, probabilius est, quod non maneat corpus Christi, illæ tamen species religiosè sunt affervandæ, quia sub illis dimensionibus ali- quando fuit corpus Christi.

Q U Æ S T I O IV.

An & quomodo Corpus Christi moveatur ad mo- tum specierum?

DICO: Christo non est idem esse secundum se & esse sub hoc Sacramento. secundum igitur hoc

De me
hoc esse
sed tant
in O.

Prim
estrelin
alium;
veri in h
non pot
Christus
ergo.

Secun
tinetur si
consecre
ni; sed
etiam m
sti conti
tur, qu
ille spec
ticipitat
Christi
corpoer
criptiv
pus au
er præ
pere.

Dice
per acc
le recep
calefier
caloren
cunt.

R.
Quia ni
num; a

De modo quo Christus est in Euchar. 453
hoc esse non movetur Christus per se secundum locum,
sed tantum per accidens. S. Th. hic Q. 76. a. 6.
in O.

Prima Pars probatur: Moveri per se localiter
est relinquare unum locum localiter, & acquirere
alium; sed taliter non potest corpus Christi mo-
veri in hoc Sacramento: quia, quod non est in loco,
non potest uno loco relicto acquirere alium, sed
Christus non est in hoc Sacramento tanquam loco;
ergo.

Secunda Pars probatur: Corpus Christi ita con-
tinetur sub speciebus post consecrationem sicut ante
consecrationem continebatur substantia panis & vi-
ni; sed haec ita continebatur, ut motis speciebus
etiam moveretur; ergo eodem modo corpus Christi
continetur sub speciebus, ut illis motis movea-
tur, quod est moveri per accidens; motus tamen
ille specietum non imprimitur corpori Christi, sed
recipitur in speciebus, ad quarum motum corpus
Christi moveretur; quia motus localis est aliquid
corporeum & extensivum, sicut etiam ubi circum-
scriptivum, quod est terminus motus localis, cor-
pus autem Christi in Eucharistia indivisibili-
ter praesens non potest tale accidens in se reci-
pere.

Dices: Si corpus Christi ideo dicatur moveri
per accidens: quia species per motum localem in
se receptum moventur, poterit etiam per accidens
calefieri vel frigesceri: quia species per frigus aut
calorem in se receptum frigescunt aut incal-
cunt.

R. Negando consequentiam Disparitas est:
Quia nihil alterari potest, nisi in se re ipsa fiat alte-
rum; ad motum vero localem sufficit, quod ali-

Ff 2

quid

quid in illo, quod novum spatum occupat, aliquo modo contineatur: quia præsentia rei contentæ sequitur præsentiam rei continentis, sic anima rationalis, licet ob receptum in corpore calorem vel frigus non dicatur calefieri vel frigesceri; dicitur tamen ob receptum in corpore motum localem, dum corpus de uno loco transit ad alium, per accidens moveri localiter. Ac ita dicitur corpus Christi elevari, circumgestari, deponi in quantum ad motum specierum ita incipit fieri distans vel indistans à loco, sicut priùs substantia panis & vini. Ut inquit S. Th. Opusc. 10. alias 11. Q. 34. *Eo modo, quo convenit corpori Christi esse in loco ratione dimensionum sacramentalium, convenit sibi moveri in loco.*

Colliges 1. Contra Lutherum Corpus & Sanguinem Christi esse in hoc Sacramento etiam extra usum hujus Sacramenti, ut constat ex verbis Christi: Hoc est corpus meum, antequam Discipuli hoc Sacramentum sumerent à Salvatore, prolatis; propositio enim practica & operativa, qualis est haec: Hoc est enim corpus meum: hoc habet, ut prolatis verbis sine mora existat, quod pronuntiatur, sicut enim cum Deus dixit: Fiat Lux: statim sine mora facta est lux. Cum Christus dixit leproso: Volo: mundare, statim mundatus est à lepra, ita postquam Christus dixit: Hoc est corpus meum, & idem Sacerdotes nomine Christi dicunt adest corpus Christi.

Colliges 2. Contra eundem Lutherum & Calvinum Christum Dominum in hoc Sacramento cultu latræ etiam externo esse adorandum: quia Unigenitus Dei Filius cultu latræ est adorandus, juxta id Psal. 96. Adorate eum omnes Angeli ejus, qui locus refertur ab Apostolo in Epist. ad Hebreos cap. 1.

um occupat, aliquo
tiarei contenta le.
sic animatio.
ore calorem vel
zeferi; dicitur
um localem,
um, per acci-
corpus Chri-
quantum ad
fans vel in-
anis & vini.

Q 34. Es
loco ratione
et sibi moveri

is & Sangui-
neriam extra
erbis Christi:
cipuli hoc Sa-
prolati; pro-
qualis est haec;
aber, ut prolati
conuentiatur, sicut
statim sine mora
cit leproso: Vlo:
epra, ita postquam
venit, & idem
unt adest corp

Lutherum & Calvi.
oc Sacramento cultu
ndum: qui Unige-
st adorandus, iuxta id
Angelorum, qui locus
et, ad Hebreos cap. 1.
v. 6.

DE MODO QUO CHRISTUS EST IN EUCHAR. 455

¶. 6. Cum uerum introducit primogenitum in orbem
terra dicit. Et adorent eum omnes Angeli Dei. Et
exemplum hujus adorationis nobis dederunt Ange-
li, qui Christum adoraverunt Matth. 14. & Luc.
24. Tres magi, qui sine speciali mandato Christum
natum in præsepio adorarunt, sicut etiam leptosus
mundatus & mulier Chananza publicè Christum
adorarunt, sed in Eucharistia est præsens Unigeni-
tus Dei Filius; ergo.

Dices: Fideles incerti sunt, an Christus sit in
Eucharistia: cum incertum sit, an sacerdos adhi-
buerit omnia necessaria, immo an fuerit verus sacer-
dos, ergo nequeunt Christum in hoc Sacramento
adorare;

¶. Negando Consequentiam: Quia ad vitan-
dam idololatriam sufficit rationabilis existimatio
adorantis, dum cultus ille tantum refertur in Chri-
stum, qui putatur prudenter esse præsens; sicut
qui veneratur inimicum, quem putabat amicum,
non veneratur infidelitatem inimici simulantis, sed
existimatam ejus fidem & amicitiam.

Colliges 3. Hoc Sacramentum Eucharistie lau-
dabiliter in processionibus & ad infirmos deferti:
quia imprimis solemnis ista circumgestatio Sacra-
menti Eucharistie nititur laudabili & universalis
Ecclesiæ ritu ac consuetudine; Deinde in veteri Te-
stamento figura Sacramenti Eucharistie arca Dei
laudabiliter in processionibus circumgestabatur,
sive Deus id mandasset sive non, ut patet ex Libro
Jesue cap. 3. & 4. 3. Reg. 8. ergo etiam potest
circumgestari Eucharistia præter Dei manda-
tum.

Objiciunt Hæretici 1. Circumgestatio illa re-
pugnat institutioni Christi: quia Christus in ultima
cena Discipulos tuos facere jussit, quod ipse fece-

rat, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem;* sed Christus non circumgestavit frustulum panis, sed solum panem Discipulis manducandum præbuit.

R. Christum Dominum nec circumgestandum nec manducandum panem præbuuisse, sed Corpus suum manducandum præbuit, cum qua manducatione non repugnat circumgestatio, neque per hanc circumgestationem deflectit Ecclesia ab institutione Christi, qui gratias agendo & benedicendo hoc Sacramentum instituit, in quem finem etiam hodie Ecclesia hoc Sacramentum circumfert, ut in populo excitetur devotio erga Christum de morte superata triumphantem.

Objiciunt **z.** Nusquam legitur, quod Apostoli divinæ institutionis tenaces circumgestaverint corpus Christi Eucharisticum.

R. Argumentum ab authoritate negativa nihil probare, cui additur, quod ob pericula, quæ ex publica circumgestatione Eucharistiae tempore Apostolorum propter infideles imminebant non potuerit fieri solemnis circumgestatio supererogatoria, sicut modo in pace Ecclesiæ sine periculo fieri potest.

DISPUTATIO XXIV.

De Accidentibus Remanentibus in Eucharistia.

Accidentia in Sacramento Eucharistiae remanere sensus testantur, qui naturaliter circa objectum suum sibi debitè approximatum non falluntur, verum quomodo & qualiter adsint, intellectus sive instructus inquit.

QUÆ-